

8 *1^{ra} eodem, & Hostian. hic num. 7.* Concluse igitur hoc casu, in quo versamur in sacramentalibus, consuetudinem hanc non valere, nisi Papa licet & toleret, prout conclusit gloss. *ult. hic*, quam Host. Joan. Andr. & communiter Doctores sequuntur, eamque multum extollit Abb. *in fin. ad limitationem eorum*, quæ notat gloss. *1. in cap. In istis, §. Lege, 4. distin.*

9 Secundo nota ibi, à *Presbitero benedicti*, ad solam Presbiterum pertinere conjugum benedicere, præpositi, *hic in sequendo notat.* Non tamen hoc intelligi de quolibet Presbitero, sed de Presbitero Parochiali dicitur, ut novissime cautum est Decreto Concilii Tridentini *cap. 1. sess. 14. de reform. Matrimo.* ubi S. Synodus primo hortatur, ut conjuges ante benedictionem Sacerdotalem in templo suscipiendam in eadem domo non cohabitent: deinde statuit benedictionem à proprio Parocho, vel ab Ordinario licentiam ad prædictam benedictionem faciendam alii Sacerdoti concedi posse quacumque consuetudine etiam immemorabili, que potius corruptela dicenda est, vel privilegio non obstante. Quod si quis Parochus, vel alius Sacerdos sive regularis, sive secularis sit, etiam si sibi ex privilegio, vel immemorabili consuetudine licere contendat, alterius Parochus sponso sine illorum Parochi licentia Matrimonio conjugere aut benedicere ausus fuerit, ipso jure tandè suspensus maneat, quamdiu ab Ordinario proprii Parochi absolvatur.

12 Ex factis questum est, supposito consuetudine civitatis Veneriarum ab immemorabili tempore observata, ut Parochus mulieris, coram quo Matrimonium contrahitur, benedictionem Sacerdotalem conjugibus impertitur, etiam postquam mulier ad domum viri in alia Parochia habitans fuerit traducta, an hujusmodi consuetudo sit sublata Decreto Concilii *cap. 1. sess. 24. de reform. Matrimo.*

13 Videtur respondendum esse sublata: mulier enim ad domum viri traducta efficitur de ejus foro, *1. Cum qua domus puella*, ubi DD. *ff. de Jurisdic. omni. Juris. l. Mulieres*,

*Cap. de incol. lib. 10. l. final. §. Idem rescriptum, ff. Ad mortem. C. de incol. & licet per talem translationem constituitur Parochiana ejusdem Ecclesie, cujus est maritus, ut per Hostian. in summa tit. de Paroch. §. Quis intelligatur, ver. Sed & uxor. Joan. de Anan. in cap. final. num. 13. eodem tit. Ita definit esse Parochiana filius Parochi, in cujus Parochia ante translationem morabatur, quia translatio domicilii subtrahit eam illius Jurisdictioni: ex quo sequitur, ut Parochus mulieris non sit amplius proprius ipsius Parochus, propterea quod ipsa ob translationem domicilii subtrahit eam ejus Jurisdictioni gloss. *in cap. final. in verb. Habitatoris*, per illum text. ubi DD. de Paroch. Unde cum Concilium Tridentinum prohibeat Sacerdotalem benedictionem ab alio quam à proprio Parocho fieri, abolendo contrariam consuetudinem etiam immemorabilem: aperte constat hanc consuetudinem, que in dubio supponitur, esse sublata.*

Nec dicatur Concilium tollere consuetudinem irrationabilem, sive corruptelam, que tunc sobesse videbatur, quando benedictiones nuptiales fiebant à Parocho profus alieno, vel ab aliquo regulari; non autem quando sunt à Parocho, qui proprius fuit, licet tempore benedictionis esse desierit præteritum cum is, eò quod interfuit celebrationi Matrimonii, jus ad benedictionem conjugibus impertendam acquiritur quodammodo ceteris possit. Respondetur enim non sufficere, ut proprius Parochus fuerit, sed oportere ut sit proprius, quando benedicit. Quia cum Concilium statuat, ut benedictio fiat à proprio Parocho, qualitas adjecta verbo, intelligitur secundum tempus verbi, *1. In delictis, §. Si extraneus, ff. de vocal. action. l. Titius, ff. de resomen. tutel. Roman. cons. 643. Ut decisionem num. 2. Mil. in repetit. in verb. Qualitas adjecta verbo.* Et ita debet esse proprius Parochus tempore benedictionis: alioquin sequeretur, eum, qui in aliqua Parochia commoratus, inde recessit, posse ad talem benedictionem adhibere. Parochum domicilii jam mutat, contra gloss. & DD. *in dist. in fin.*

Finis quarti Libri Decretalium.

RUBRICÆ

Ex Capitula hujus quarti Libri Decretalium.

De clandestina desponsatione. pag. 27.	De Matrimonio contracto contra interdictionem Ecclesie. 72
Cum inhibito. 33	Litteræ quas. 72
Quod nobis. 28	Qui Clerici vel vocentes Matrimonium contrahere possunt. 41
Si quis. 27	Confuluit. 41
De Cognatione spirituali. 53	Insinuante. 45
EX litteris. 62	Qui filii sunt legitimi. 75
Si vir. 57	Ator. 75
Super eo. 58	Per tuas. 89
Veniens. 59	De secundis Nuptiis. 93
Utrum autem. 53	Vir autem. 93
De conditionibus apposis in desponsatione, vel in aliis contractibus. 36	De Sponsa duorum. 35
Uicumque. 36	Licet. 35
Si conditiones. 38	De Sponsalibus & Matrimoniis. 1
Super eo. 37	Audientiam. 3
De conjugio servorum. 51	Consultationi. 14
AD nostram. 51	De Francia. 1
De Consanguinitate & affinitate. 64	Ex litteris, il primo. 6
On debet. 67	Ex litteris, il secundo. 7
Quia circa. 66	Is qui fidem. 15
Quod dilectio. 64	Juvenis. 2
Quod super. 65	Non est vobis. 7
Vir qui. 69	Si inter virum. 17
De desponsatione impuberum. 18	Sponsam. 6
DE illis. 22	Tua fraternitati. 11
Tua. 18	
Ubi non est. 21	
De divortiis. 91	
EX litteris. 91	

(Acceedo.)



X litteris. Matrimonium separatum propter adulterium mulieris reintegratur si vir postea fornicetur. Hoc dicit Jo. Andr. Buttr. Gardin. Anchar. Abb. Joan. de Anan. Alexand. de Nevo, & Propof. Et est casus multum allegabilis secundum Abbatem, communis divitiis; secunda hic, unde fraternitati.

conciliare uxorem invitam non obstante sententia divortii, deinde recitat contrariam opinionem Hug. qui sentiebat post latam divortii sententiam autoritate Ecclesie neutrum teneri alteri, & utrumque altero invito posse Religionem ingredi, quia uterque in separatione thori cessit juri suo, tandem gloss. refidit eum primi opinionem Laurentii & hanc tenens, quia optimis fultur rationibus, & eam tenuerunt Bartholomeus Brinien. in q. Dominicali 34. Petr. Hispanus, Vincentius, Goffred. & Philippus, quos hic refert & sequitur Jo. Andr. n. 11. & consentiunt Gardin. in fin. Anchar. n. 10. Henric. Boich. n. 13. Abb. in fin. Alexander de Nevo n. 20. Innoc. in e. De illa n. 1. vers. De illis, infra eodem, Host. in summ. tit. de convers. conjugat. n. 9. vers. Et nunquid, & in cap. Gaudemus n. 1. eodem tit. Præposit. in cap. Ex parte n. 4. supra de spons. Felin. in cap. Lator, in 8. declarat. num. 9. supra de sentent. & rejudicat. Turcicem. in cap. Ap. sicut, 32. quæst. 7. art. 1. n. 1. in jura. ad 3. Stephanus de Gaeta in reposit. c. Ad limina, 30. quæst. 1. §. 4. n. 231. Ex quibus patet hanc esse receptissimam Canonistarum sententiam, quam etiam sequuntur Theologi, & in specie S. Thom. in 4. sentent. dist. 35. qu. 1. art. 6. ad 3. & S. Bonaventura ibid. art. 1. q. 5.

Quam tamen declarata dummodo res sit integra, & secus versò si adultera post latam sententiam divortii religionem ingressa, & professæ fuerit, quia tunc vir Innocens non potest eam de Monasterio educere, & impatet sibi, qui ante professionem noluit eam sibi reconciliare, cap. Gaudemus, supra de convers. conjug. & firmant hic Hostien. ad fin. Joan. Andr. num. 10. Henric. Boich. num. 13. Anchar. num. 11. Abb. in fin. Alexand. de Nevo n. 10. & Felin. loc. citato.

Quero, An uxor ob vii adulterium possit Monasterium ingredi, & in eo profiteri.

Anve subdit jura causa cum ea dispensandi super anno probationis.

Ducissa Amalphantana ob adulteria à Duce ejus viri patrata egit ad thori separationem, & sententiam favorabilem obtinuit, quæ Duce non appellante habuit executionem. Communibus deinde amicis sese interponentibus, dixit conjuges redierunt inter se in gratiam, & rursus cohabitare coeperunt, quæ cohabitatione durante, cum Dux in alia adulteria fuisset relapsus, Ducissa iterum convenit ipsum ad novam thori separationem. Et probatis in causa adulterii tum ex confessione Ducis, privata scriptura adulteria à se commissa attestavit, & separationi, ac professioni regulari per Ducissam emittendis contentientis; tum etiam ex plurimò testimonio depositionibus à secuta est alia separationis sententia, quæ cum itidem ab ea non fuisset appellatum fuit executioni mandata, & Dux separatus à Ducissa, quæ ex eo tempore Monasterium Monialium ingressa, ibidem annos decem commorata est. Nunc autem cupiens in eodem Monasterio professionem emittere, supplicat Sanctissimo anno probationis non expectato. Sanctissimus supplicis libello ad Sacram Congregationem Concilii rejecto, mandavit considerari primum, An casus Ducisse sit talis, ut ei liceat vivente conjugum Religionem profiteri, Deinde an subit causa, ob quam circa annum probationis Concilio Tridentino derogetur.

Quoad primum videtur respondendum licere Ducissæ vivente marito Religionem profiteri, quando enim alter ex conjugibus adulterium committit, potest conjugum innocens Monasterium intrare, & in eo professionem emittere, cap. Agathosa, 27. qu. 2. quod sine dubio procedit in casu nostro, in quo est lata judicio Ecclesie divortii sententia, gloss. in dist. c. Agathosa, in verb. Conversionis, & hic tenet gloss. ultim. Joan. Andr. in fin. Anton. de Buttr. n. 18. & Henric. Boich. c. 2. circa med. & quamvis text. dist. c. Agathosa, loquatur de viro, qui potest Religionem ingredi ob adulterium uxoris, tamen idem juris obtinet in uxore, qui potest Religionem ingredi ob adulterium viri post latam sententiam separationis, nam vir, & uxor in hac materia non judicatur ad impariam, ut dicit ceterus in e. Si quis uxorem, 27. qu. 2. ubi gloss. in verb. Ad impariam, & tradit expressè Host. in summa tit. de convers. conjugat. §. Utrum possit, vers. Quid si maritus, Henric. Boich. in e. Uxoratus, in 3. col. vers. Aut querit, eodem tit. de convers. conjugat. Summa Tabien. in verb. Matrimonium, 4. n. 5. in princ. ubi in hanc sententiam citat S. Thom. in 4. sentent. dist. 35. qu. 1. art. 5. ad 3. Et ratio est, quia propter adulterium conjugis liberatur conjux innocens ab omni servitute, quam illi debet ratione conjugii, c. Significasti supra eod. gloss. in e. Constitutus, in verb. Ad gradum Sacerdotis, de convers. conjugat. Navar. conf. 7. §. 11. eod. tit. Nec unquam cogitur reconciliari adultero, si nollet, ut hic per DD. Quintimo nedum uxor innocens potest marito adultero invito, post separationem Religionem ingredi & profiteri, sed etiam uxor, propter cujus adulterium secuta est sententia divortii, potest saltem, antequam viri sibi reconcilieretur, Monasterium intrare, & validum in eo professionem emittere, ut post Goffredum, & alios antiquos scripsit

Henric. in dist. cap. Uxoratus, col. 3. vers. Aut non consentiente, post princip. DD. hic & in cap. De illa ante suam, infra eodem. Cum injuri Ducissa ob adulteria viri sententiam separationis contra eum obtinuerit, speret contenta ex supra dictis liberum esse nedum marito contententia, sed etiam invito Religionem irrevocabiliter profiteri.

Neque obstat, quod hanc supra narrata facti specie Decissa post adulteria à viro commissa & secutam sententiam divortii & separationem, rursus eidem fuerit reconciliata & cum eo cohabitaverit, ac debuit conjugale reddiderit & ita injuriam remissis & obligationem mutus societatis reintegrasse videatur, Tabien. in verb. Matrimonium 4. post princip. DD. in cap. Tua, ubi Buttr. in fin. de adult.

Respondetur enim, Ducissam post talem cohabitationem & remissionem in injuria iterum iudicii separationis inlituisse ob adulteria iterum patrata post primam sententiam & obtinuisse, ut ait gloss. in cap. Tua, in verb. Fornicationis, ubi DD. de adult. Ducissa jure optimo, non obstante tali reconciliatione, potuit separationem thori iterum obtinere, quod & iudicem causæ, qui posteriorem sententiam divortii produxit, animadvertisse probabile est.

Neque validitatis professionis obstat, quod etiam jam lata divortii sententia vinculum Matrimoniale duret usque ad mortem naturalem, licet conjuges sint à munia servitute liberati, cap. 1. & 2. 38. quæst. 2. gloss. in cap. Constitutus, in verb. Cogere, de convers. conjugat. Hostien. in d. §. Sed verum, eod. tit. vers. Dic ergo, Lap. allegat. 123. num. 7. Nam tametsi uxor per religionis ingressum non decessinat esse uxor, nisi quoad temporalia; & titulus uxoris remaneat, nullum tamen jus seculi retinet ut per Lap. d. allegat. num. 23. & passim DD. supra cit.

Quod secundum de derogatione Concilii circa annum probationis, ea videtur concedenda, quamvis enim partes ipse absolutè renunciare non possint anno probationis post Con-

DE SECUNDIS NUPTIIS.

Urbanus III. Vigilien. Episcopo.

CAPUT III.

Vir autem vel mulier ad bigamiam transiens, non debet à Presbytero benedici: quia cum alia vice benedicti sint, eorum benedictio iterari non debet.

SUMMARIUM.

- Conjuges non benedicuntur, si ambo vel alter fuerit benedictus.
Bigamus non est benedictus.
Nuptia secunda cur non sunt benedicende & n. 5.
Benedictio nubentium non reteratur.
Matrimonium secundum, quamvis sit perfectum.
Sacramentum tamen non habet plenam significationem Matrimonii Christi & Ecclesie.
Benedicenda an sint nuptia que sunt secunda respectu viri non autem respectu mulieris.
Conjectura benedicendi conjuges, quando vir secundam duxit virginem, an valeat, n. 1. seq.
Conjectura in sacramentalibus non valet nisi Papa sciat & toleret.
Benedictio nubentium fieri debet à proprio Parocho, non autem ab alio Sacerdote, nisi de ipsius Parochi vel Or-


- dinarii licentia, non obstante immemorabilis & privilegia & num. 14.
Et Sacerdos contraveniens est suspensus, quamvis ob Ordinario proprio Parochi absolvatur n. 11.
Conjuges monendi sunt, ut non cohabitent ante benedictionem in templo suscipiendam.
Consuetudo immemorabilis Venetiarum ut Parochus mulieris benedict conjuges potestquam mulier sit tradita ad domum viri in alia Parochia habitantis an sit valida à Concilio Tridentino & n. seq. usque in fin.
Uxor tradita ad domum viri efficitur de ejus foro & Parochiana Ecclesia, cujus est maritus.
Parochus contrahentium debet esse talis tempore benedictionis & n. seq.
Qualitas adjecta verbo intelligitur secundum tempus verbi.

Vir autem. Joan. Andr. non summat, quia breve est, sed secundum Alexand. de Nevo hoc dicit. Conjuges non benedicuntur, si ambo, vel alter fuerit benedictus. Primum potest dici. Secundo rationem ibi Quia.

Subdit tamen S. Doctor hoc esse intelligendum quando secunda nuptia sunt secunda ex parte viri; & ex parte mulieris, vel ex parte unius tantum. Si enim virgo contrahat cum illo, qui habuit aliam uxorem, nihilominus nuptia benedicuntur. Salvatur enim aliquo modo significatio etiam in ordine ad primas nuptias, ut latius per eum. Sed certè in oppositum est aperte hoc Capitulum ubi patet, secundas nuptias non esse benedicendas, etiam si unus tantum ex conjugibus in primo Matrimonio fuerit benedictus; quia ut formaliter inquit Abb. hic num. 2. in fin. cum ista benedictio sit communis marito & uxori, ex quo alter fuit benedictus, non debet benedictio iterari, quia iteretur in persona alius benedicta. Fereor tamen opinionem S. Thomæ servari in praxi, id attestant Covarr. de sponsal. par. 2. c. 8. §. 11. num. 2. & illi plures hic relati à modernis Collectoribus: quod etiam fateatur gloss. ult. hic. dicens (Consuetudine quorundam locorum benedictionem iterari, quando aliquis secundam duxit virginem) & secundum Joan. Andr. num. 7. multum invaluit hec consuetudo, quam nonnulli approbant ea ratione, quia ut apparet ex forma benedictionis, tunc benedictio fundatur super muliere; & ita ex quo mulier nunquam fuit benedicta, dabitur nunc benedictio, quia nihil viro intelligitur iterari. Verum ut subdit Joan. Andr. de jure patet esse contrarium per hanc Decretalem, sicut etiam notant Petr. de Samp. & Abb. Antiq. in cap. 1. sa-

1 Er tunc. Sicut dicitur testium, qui probant aliquem legitimum, licet fama viciniæ & tractatus parentum habeant contrarium. Hoc dicit, & sunt duæ partes. In secunda responso, hic, Nos autem.

Ultimo nota graduationem inter supra scriptas probationum species, nam primo loco præfertur probatio filiationis, & legitimitatis per probationem Matrimonii, quæ omnes alias contrarias probationum species vincit & conquassat, ut hic est casus apertus, secundum omnes. Nam fama viciniæ, & tractatus parentum hic habebat, ut mulier esset concubina, & sic filius ex ea susceptus esse illegitimus; & tamen, quia Matrimonium fuit per testes comprobatum, Pontifex huic probationi innoxius sententiam iudicis confirmavit, ut in fine textus. Ratio hujus conclusionis est, quia probatio per famam viciniæ est probatio opinata, & probatio per nominationem, & tractatum parentum est probatio simulata, vel presumpta, sed probatio super existentia Matrimonii est vera probatio, semper autem opinio & simulatio, vel presumptio cedit veritati & hoc est, quod innuitur in littera hic, Nos autem attendentes quod plus est, quod in veritate agitur, quam quod simulatè concipitur, & concordat Cod. plus vel. quod agitur in rubro & negro, & ita hic notant Butr. n. 2. Anchar. in 4. notab. Abb. in 1. notab. Præpos. & Alexander de Navo uterque in 2. notab. Et hinc collige generale theoricam, quod probatio per rei veritatem semper prævaleat probationi, quæ sit per presumptiones & coniecturas. Unde probatio presumptiva ad impugnandum instrumentum non admittitur, ut notabiliter voluit Bald. post gloss. in l. Juris gentium, §. quod fere, ff. de pactis, Deius post alios conf. 36. Et pro tenui n. 4. vers. Nec obstat. Rota decis. 106. n. 4. pari. 2. recent. Inter probationes autem presumptivas primum locum tenet tractatus, maxime currente fama viciniæ, unde hic non statuitur alterioni parentum super legitimitate etiam cum juramento contra theoricam Doctorum in l. 1. §. Julianus, ff. de liber. agnosc. Et in c. Transmissa, supra eod. quia fama viciniæ, & tractatus præcedens habebat contrarium, nam pater tractaverat mulierem ut concubinam, non ut uxorem; & hoc etiam tacite declaraverat factio ipso, relinquendo illam, & transeundo ad alia vota; & ita hic notant Ait. de Butr. nu. 4. vers. Vel idè, Cardin. num. 5. Abb. in 2. notab. Et nu. 5. vers. Ad secundum verò, Præpos. n. 5. & Alexander de Navo n. 4. quod vindicet sibi locum, etiam si pater appellet filium legitimum in extremis, eumque hæredem instituat, ut pater in textu, & notat Alexand. de Navo dicit. nu. 4. Ex quo inferit Butr. n. 5. ut attestatio facta in mortis articulo non magis augeat fidem testis, quam ille haberet in vita, & de quo remittit Alex. de Navo ad cap. Tum ex litteris, supra de restit. in integr. & quamvis in casu hujus Decretalis cum tractatu concurrat fama viciniæ; tamen non statuitur dicto parentum super legitimitate, etiam quando solus tractatus sine fama viciniæ est contrarium, secundum Innoc. hic in verb. Denegasse, & Host. n. 6. & apertius Anton. de Butr. sub n. 17. vers. Si verò est præjudicium alterius, & merito, quia facta sunt potentiora, quam verba, ut in his terminis dixit Rota coram Gregorio XV. in causa Parmen. Status 10. Aprilis 1606. & scripti plenius in c. Lator. num. 30. Et 65. supra eod. Secundum locum obtinet assertio, & testimonium parantum. Tertium verò locum fama viciniæ, idèque secundum Anton. de Butr. hic sub n. 17. vers. Si ergò quaratur, Alexand. de Navo n. 18. si non agatur de præjudicio tertii, statuitur dicto parentum super filiatione & legitimitate, etiam si fama viciniæ, vel infamia sit in oppositum, & tamen non statuitur eorum dicto, si præcesserit contrarius tractatus, itaque secundum eos tractatus vincit testimonium parentum, & hoc vincit communem opinionem, seu famam viciniæ, quod nota.



DE DIVORTIIS EX LITTERIS.

Alexander III.

CAPUT V.

EX litteris tuis accepimus, quod V. quamdam duxit uxorem, qui paucis temporibus fuere concordēs: proponebat enim idem V. quod illam per violentiam sibi illatam, metu etiam mediante duxisset; & infra. Tandem vir uxorem suam super crimine fornicationis in jure convenit, quæ nescitur quo ducta spiritu, cæpit publicè confiteri, quod cum vir negaret ei in necessariis providere, crimen compulsa est incurere memoratum, eumque diligentius à te fuisset admonita, ut ad suggestionem alicujus illud tam turpe contra se proponeret, ipsa id manifestius asserbat. Sandè tu convocato Capitulo tuo cum ex eorumdem consilio utriusque privatum continentiam injunxeris observandam, ita quod casè viverent, ab invicem segregati: memoratus V. furtim cum alia sponsalia & nuptias temerè celebravit: verum cum factum inquirere labores, supradictus V. rei seriem explicans & exponens, ad audientiam nostram dicitur appellasse. Undè fraternitati tuæ mandamus, quatenus si res ita processit, prædictum virum ad legitimam uxorem redire compellas.

SUMMARIUM.

- 1 Matrimonium separatum propter adulterium mulieris reintegratur, si vir postea fornicetur.
2 Maritus qui non providet uxori de necessariis frabet ei occasione adulterandi.
3 Paupertas non excusat adulterium etiam quoad sanam civitatem inferendam.
4 Maritus potest accusare uxorem de adulterio, licet adulterii tempore denegaverit ei providere in necessariis.
5 Pater ob necessitatem victus potest vendere filium.
6 Filius tenetur jure natura subvenire patri egestate laboranti.
7 Filia non committit ingratitude qua post vigesimum quintum annum innupta peccat in corpus suum.
8 Parrari & occidere licet in necessitate, non autem fornicari & car.
9 Adulterium superveniens rei judicata præjudicat conjugii pro quo lata est sententia.
10 Paria delicta mutua compensatione tolluntur.
11 Maritus non potest uxorem adulteram sibi reconciliare invitam non obstante scientia divortii.
12 Et quid si uxor post latam sententiam divortii religionem ingressa & professâ fuerit.
13 Uxor et viri adulterium an possit Monasterium ingredi
14 Anve subsit justa causa cum ea dispensandi super anno probationis & n. 23. & seq.
15 Vir & uxor non judicantur ad imparia.
16 Coniux innocens ob adulterium conjugis liberatur ab omni servitute quam illi debet ratione conjugii.
17 Adulter amittit jus revocandi conjugem à Monasterio.
18 Uxor adultera post thori separationem an possit ingredi Religionem.
19 Uxor reconciliata viro adultero censetur iniuriam remississe & obligationem mota servitutis reintegrasse.
20 Iniuria remissa ob nova delicta renascuntur.
21 Matrimoniale vinculum durat etiam post sententiam divortii usque ad mortem naturalem.
22 Uxor per religionis ingressum non desinit esse uxor, nisi quoad temporalia & jus sæculi.
23 Anno probationis post Concilium Tridentinum renunciari non potest.
24 Quibus ex causis liceat derogare anno probationis.
25 Uxori, cuius vir sacros ordines suscepit, licet ingredi Religionem etiam post Matrimonium consummatum.
26 Annus probationis est juris positivi.

